

**2920** L. Cornelio C. f. | Boccho<sup>1</sup> | flam. provin[c.], tr. mil., | colonia Scal[*l*]abitana | o[*b*] merita in colon.

**2921** [L. C]ornelio [C.] f. | [B]occho<sup>1</sup> | [*flamin*]i provinc., | [*tr.*] mil. leg. III Aug.

*In Lusitania repertae duae inscriptiones locis non multum inter se distantibus, illa loco dicto Alcacer do Sal, ubi fuit Salacia, haec prope Setúbal, ubi fuit Caetoberiga (II 35 ad apographum factum saec. XVIII, II S. 5184 ad apographum Soromenhi). — 1) Videtur esse Cornelius Bocchus, ex cuius libro aliquo Plinius complura hausit de Hispania (h. n. 16, 216) et potissimum de Lusitania (h. n. 57, 24. 97. 127). Bocchus citatus a Solino (cf. Mommsen praef. ad Solinum p. XVII) num idem sit, incertum.*

**2922** L. Sergio Regis f. | Arn. Plauto<sup>1</sup> q.<sup>2</sup>, | salio Palatino, | patrono. Ursone (Osuna) in Baetica (II 1406 vidit Huebner). — 1) Eundem esse Sergium Plautum memoratum a Plinio inter auctores historiae naturalis lib. 2 et lib. 18 (ubi tamen Plauti cognomen in singulis tantum codicibus repertum est, cum illo loco plerumque scriptum sit Sergius Plato, hoc Sergius Paulus), Plautum memoratum a Quintiliano 2, 14, 2. 3, 6, 23. 10, 4, 124 coniecit Dettelsen über einige Quellenschriftsteller des Plinius (progr. Glückstadt. 1881 p. 5); eundem memorari ab eodem Quintiliano 8, 3, 35, ubi Sergius Flavius traditur. — 2) Quaestori.

**2923** L. Iunio L. f. Gal. | Moderato | Columellae<sup>1</sup> | trib. mil. leg. VI Ferratae.<sup>2</sup>

*Tarenti (IX 235 semel descripta saec. XVII). Titulum contra suspiciones defendit Grotefendius Zeitschrift für Alterthumswiss. 1853 p. 179. — 1) Est is cuius extant libri de re rustica duodecim. Eius origini Gaditanae (de re r. 8, 16, 9. 10, 185) convenit tribus Galeria. — 2) Fortasse in hoc tribunatu Columella viderat 'Ciliciae Syriaeque regiones' (de rer. 2, 10, 8).*

**2924** . . . itio<sup>1</sup> M . . . . .  
 . . . m comiII . . . . .  
 . . . umina arus a . . . . .  
 . . . ovis et iustitiae et . . .  
 . . . erandum discipuli[nae].  
 . . . i carminibus edidit . .  
 . . . ta annis ampliu[s] . . .

[Pri]scus trib. m[il.] . . . .

. . . Priscu[s] . . . . .

*Tarquiniis (XI 5370 vidit Bormann). — 1) Significari coniecit Bormann (arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 11, 1887 p. 96) Tarquitiu[m] Priscu[m] qui scripsit de Etrusca disciplina (Plin. h. n. 4, 2. 11, Macrob. sat. 5, 7, 2. 5, 20, 5 aliique; Prisci cognomen habet solus Macrobius 3, 20, 3); idem titulum in hunc modum supplevit (l. c. p. 105): [M. Tarq]uitio M. [f. Stell. Prisco, qui primus ritu]m comiti[alem] et sacra, quibus placare n]umina Arus (i. e. Aruns) a m[agistro] edoctus erat ex I]ovis et Iustitiae eff[atis], et reliquom ven]erandum discipuli[nae] antiquae ritu]m carminibus edidit, [et in urbe Roma trigin]ta annis ampliu[s] artem suam docuit, M. Tarquitiu[s] Pri]scus trib. m[il.] leg . . . et . . Tarquitiu[s] Priscu[s] . . parenti carissimo posuerunt].*